THEOLOGICARVM DE INDIS QVAESTIONVM,

Enchiridion primum.

¶ Auctore Licentiato Ferdinãdo Zurita, apud Occidentales Indos Euangelij Prædicatore.

¶ *Ad Illuſtriß. & Reuerendiß. Dominum, D. Gomecium Zapatam, Epiſcopum Conchenſem, Catholicæ Maieſtatis conſiliarium, &c.*

Sub correctione Sanctæ Ecclesię Romanę.

MADRITI.

Apud Querinum Gerardum.

Anno. 1586.

Coll. Soc. Iesu Salm. ex dono Regum.

APPROBATIO.

VIdimus ac perlegimus libellum, qui inſcribitur, Enchiridion Theologicarum de Indis quæſtionū, à perdocto Licentiato Ferdinando Zurita editum. Qui, non ſolùm ſanam doctrinam continet, vtpotè è media Theologia erutam, verùm vtilẽ omnibus, illiſque præcipuè, qui in illis partibus Indiarum verſantur. Anno Domini, Milleſimo quingẽteſimo, octuageſimo ſexto, die vigeſima ſexta Iunij.

Frater Antonius Epiſcopus Veræpacis.

THEOLO GICARVM DE INDIS QVAESTIO-num Enchiridion primum.

QVĘSTIO. I.

AN infidelis Indorum populus, prudentioribus ſuæ Reipublicæ viris, hanc deliberationem committere poſsit, ſuſcipienda ne ſit Chriſtiana religio.

PROPOSITIO I.

Qui euidentibus credibilitatis argumentis conuicti, chriſtianam religionem diuinitùs traditam eſſe intellexerunt, hi non modò integrum eius ſuſcipiendæ iudicium abſolutamq́ue deliberationem, cuiquam committere non poſſunt, ſed neque de hac ipſa re quidē, tanquàm minùs certa, quenquam omninò conſulere. 2.2.q.1. art.4.